

**H**OHNES Galaz Maria Sfortia Vicecomes, Dux  
 Mediolani &c. Papie, Angliaq; Comes, ac Ianuc, & Cre-  
 monae Dominus: Cum nobilis vir Antonius de Galerat ciuis  
 nostre Mediolanensis, nobis exhibuisset supplicatione huiusmodi tenoris,  
 Illustriss. Princeps, & Excellentiss. Domine: De anno 1383: usquefimo  
 Augusti, Illustriss. recolenda mem. D.D. Galeaz Vicecomes, Comes  
 Virtutum, Dominus Mediolani &c. concessit magistro Philippo de Cri-  
 spis, Fisco suo, ius deriuandi aquam de flumine Ollona Comitatus Me-  
 diolani pro eius pratis, & terris irrigandis, sitis prope dictum flumen, &  
 in eius villa una die quem uoluerit in qualibet hebdomada ultra alios  
 festiuos comprehensos, seu nominatos in statutis Communis Mediolani,  
 Quae concessio confirmata fuit per Illustriss. felicis recordationis D.D.  
 Philippum Mariam Ducem Mediolanum filios dicti quon. magistri  
 Philippi, dictum ius de novo concedendo de anno 1413. die 25. Ianuarij,  
 easdem uero concessionem, ac confirmationem successive confirmauit  
 Illustriss. recolenda memoria D.D. Blanca Maria Ducissa Medio-  
 lani, ac de novo concessit de anno 1454. die 14. Septembri in Claram  
 de Crispis filiam quon. Thomasij, filij olim dicti Magistri Philippi, uxo-  
 rem Antonij de Porris, in quam uirtute testamenti Philippi de Crispis  
 eius fratri filij dicti q. Thomasini peruenit & su. fructus omnium bonorum  
 dicti quon. magistri Philippi, qui successit annibus predictis de Crispis:  
 Verum quia virtute dicti testamenti dicti Philippi, bona per dictum q.  
 magistrum Philippum relictæ in loco seu territorio de Canegrate plebis  
 Parabiate Ducatus Mediolani, pro quibus factæ fuerunt concessiones  
 predictæ, & ius deriuandi aquam predictam, deuenerunt in Hospitalie  
 Pietatis Pauperum, huius inclite Ciuitatis Mediolani, Deputati officio  
 dicti Hospitalis, cum debitib[us] solemnitatibus, dicta bona, cum dicto iure  
 deriuandi aquam predictam vendiderunt Petro de Galerat Excell.  
 Vestr[e] Consiliario, cum promissione de euictione, & de defendendo in  
 communi, & solemni forma ante tempus divisionis inter ipsum, et Anteo-  
 nium de Galerat eius fratrem facta, quæ bona, & iura tempore dictæ  
 divisionis obuenerunt in partem Antonio predicto, qui dicta bona, et ius  
 à dicto tempore circa pacificè, & quietè possedit, & de praesenti possidet,  
 fueruntq; deinde buche per quas deriuatur d. aqua colaudata, & appro-  
 bata per Commissarios Ollona in debita, & solemni forma: Supplicæ  
 igitur prælibata Excell. V. fidelissimus servitor Antonius de Galerat

prano-

prænominatus, quatenus eadem dignetur litteras dictarum concessionis,  
confirmationum, & de novo concessionum ex certa scientia, & de sua ple-  
nitudine potestatis confirmare, corroborare, & conuincere ad contextis  
prout iacent, & de novo quatenus expediat ius deriuandi dictam aquam  
modo predicto concedere eidem Antonio, ac successoribus suis, tam  
uniuersalibus, quam particularibus, & quibus dederit, quibuscunq;  
in contrarium disponentibus, seu facientibus quomodolibet non obstanti-  
bus, quibus ex certa scientia, & de plenitudine potestatis eidem reuocare  
dignetur, etiam si talia que mentionem fieri requirent specialem, que  
omnia idem supplicans speciali ascribet gratia, & prelibata Excell. be-  
nigne munificentia, cui se deuotissime commendat; Missimus ad nobis  
referret si uera effent supplicata, ac si Antonius in possessione quietapro-  
qua confirmationem postulat esset, Qui quidem Vicarius per hac uerba  
nobis retulit; Illustriss. Princeps, &c Excellentiss. D. D. misingularis.  
Reuerenter accepi rescriptum D. V. in calce supplicationis D. Antonij  
de Galerate annotatum, committens, ut examinata continentia narra-  
torum per ipsum D. Antonium, postulantem ab Excell. V. confirmatio-  
nem priuilegiorum cocessorum datoribus suis, irrigandi certa bona sua  
in valle fluij Ollone consistentia, ex aqua torrentis ipsius una die natu-  
rali cuiuslibet hebdomada, tria dies ex forma statutorum limitatos ins-  
criptis D. V. referrem, si ea, que exponit uera sunt, ac si in possessione  
concessionis pro qua confirmationem postulat est, pro cuius obseruatione,  
ut non inconsulto, sed mature procederem, uolui uidere acquisitiones ipsius  
& datoris eius, priuilegia, collaudationesq; buccarum, ut ueritatem nar-  
ratorum elicerem, nec ne, & conformari qualiter in irrigatione pratorum  
preservatus, & in cuius possessione est, ac informationes plures sumpsi,  
preservim a Prefectis fluminis ipsi, quos exposita latere non possunt. Ex  
quibus omnibus comperui, & sic Suæ Excell. refero, datores ipsius obti-  
nuisse concessionem ab Illustriss. recolenda memoria D. D. Galeaz Vi-  
cecomite Comite Virtutum, deriuandi ex aqua predicta una die natu-  
rali, cuiuslibet hebdomada qua maluerit, ultra alios dies in statuto com-  
prehensor, que postea bina vice confirmata est, ut in supplicatione solli-  
gitur, ac ipsum in quieta possessione iuris deriuanda dicta aqua modo  
quo dictum est fuisse, & in presentiarum esse narrataq; in supplicatione  
uera esse, adhibeat igitur D. V. eam prouisionem quam maluerit, cui  
me

me humillime commendo. Ex officio Provisionum Communis Mediolani  
vigesimo Nouembris 1480. E. I. D. V. seruulus. Ludovicus Antinus  
I. V. D. & Provisionum Communis Mediolani Vicarius, Illustriss.  
Principi, ac Excellentiss. D. D. Duci Mediolani &c. Papiae, Angliaeque;  
Comiti, ac Genuae, & Cremonae Domino, Domino meo singularissimo.  
In manibus Mag. D. Bartholomai Calchi Ducalis primi secretarij di-  
gnissimi, Et nos attentes predicti Vicarij relationem, animo repeten-  
tes merita nominatae familie de Galarate, q̄ preclaros, nobisq; Statuiq;  
nostro viros progenuit, & quorum opera, & virtutibus congruum in rebus  
summis semper ussunt Illustriss. Praecessores nostri, & nos quoq; eorū  
vestigia sectantes assidue utimur, & liberalibus Principibus dignum  
esse arbitramur, concedere id quod ab ipso nobile viro Antonio de Ga-  
lerate tam circa confirmationem memoratarum concessionum, & earum  
confirmationum, quam nouam concessionem, prout per supra insertam  
supplicationem petetur tenore, Itaq; praesentium ex certa scientia, & de  
nostra potestatis plenitudine, ac omnibus modo, iure, via, causa, & forma  
quibus melius, validius, & efficacius possumus, ipsas concessionis litteras  
& quicquid in eis, & supplicatione antedicta continet, de uerbo ad uer-  
bum, ut scripte sunt & iacent ad litteram in prefatum Antonium pro-  
se, filij, ac descendantibus suis usque in infinitum, ac ab eis causam, aut  
datum habentibus, aut habituris confirmamus, approbamus, & ratifi-  
camus, ac quatenus expediat de novo. o bonis de quibus supra irrigandis  
similem concessionem facimus, concedimus, & libere cōpartimur.

Mandantes quibuscumq; Magistratibus, & officialibus nostris, & ma-  
xime Praefectis flumini ipsi presentibus, & futuris, ut ipsas concessiones,  
& confirmationes, & has nostras eas approbantes, confirmantes, & de  
novo concedentes obseruent, & faciant ab omnibus <sup>incluso & excludo</sup> stabiliter obser-  
uari, nil contra eas, aut earum effectum intentantes, aut intentari per-  
mitentes, pro quanto gratiam nostram caripendunt. In quorum testi-  
monium presentes fieri iussimus, & registrari, nostriq; sigilli munimine  
toborari. Dat. in arce nostra porta Louis Mediolani die octavo mensis  
Decembris 1480. signat. in calce B. Chalcus. & sigillat. sigillo Ducali  
in cera alba more solito.

Salutem laudamus & gloriam  
Domini nostri & saecula saeculorum  
Amen. Amen. Amen. Amen.